



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XX. Qvomodo Idola illorum confregerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

cis muniti trophæo vos omnes nobiscum in securi & ascia excisianuis & parietibus deijcite illas & incendite.

QUOMODO IDOLA
illorum confregerit.



XX. **Q**UOD cum audissent & annuissent, Episcopus & sacerdotes celebrata Missa & accepta communionem, armati securibus & farris concinas aggrediuntur, & fana comminutes & excidentes omnia scandentes tecta & conuellent. Stabant autem ciues, aspicientes, quid dii facerent miserimi, vtrum nam tecta sua defenderent, nec ne. At vbi de structoribus nihil mali euenire vident, si inquirunt, aliquid diuinæ virtutis habent isti, quorum sacra & templa conuellantur, vtiq; defenderent se. Si autem defendere se aut sibi prodesse non valent, quomodo nos defendere vel nobis prodesse poterunt? Et hæc dicentes, facto impetu diruunt & comminuunt omnia, ipsamq; lignorum materiam inter se diripientes, ad domos suas in vsum foci coquendis panibus & cibis comportabant. & quia plus habere fas erat, omnes illæ* concurræ numero quatuor mira celeritate contractæ sunt ac direptæ. Ne fortè vero minus pateat legentibus, quid significant, vel vnde dicantur concinæ, sciendum,

alibi vocat concinæ.

quod sclauiica lingua * in plerisque dictionibus latinam tinitatem attingit & idè concinere concinas antiquitus dictum esse putamus.



DE